Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift

fructum faciat; Erat autem longe abeis aqua; ita ut uespere pergeret.
& mane ueniret. Quod cum fecisset per tres annos fr̃ ille; lignum illud
uuide factum est. & fructum attulit. Dicebat senex; quia nichil sic queri
deus abbis qui mitium habet conuersationis: quomodo obedientie labo
rem: Quidam secularis renunciauit seculo: & uenit in monasterium; addu
cens secum filium suum paruulum: Quem abbas tenens infantulum oscu
labatur; & dixit patri suo: Amas hunc? et ille respondit: Etiam; Et iterum
dixit illi: Diligis illum? Et respondit; etiam; Postea dixit illi abbas: Tolle
& si amas eum; & mitte eum in furnum ardentem: Et tenens illu pat
suus; iactauit in furnum ardentem; & statim factus est furnus sicut ros.
Ex quo facto: acquisiuit sibi gl̃am in tempore illo; quem admodu abrahã
patriarcha: Dixit senex; quia fr̃ qui ad obedientiam patris spiritualis
animum dederit. maiorem mercedem habet: quam ille; qui se inhere
mo relegauit arbitrio suo de seculo recesserunt. Hic autem qui se ad obe
dientiam dedit: omnes uoluntates suas. abiciens. pendet ad dn̄m. & adus
tionem spiritualis patris; Propterea & maiorẽ gloriam abaliis habet:
Qua propt̃ o filii bona est obedientia; que propter deum fit. Intendite
ergo filii uirtutis huius aliquid ex parte uestigium. Obedientia enim
salus est omnium fidelium; obedientia genitrix est omnium uirtutum;
obedientia inuentrix est regni celorum; obedientia celum aperiens. &
hominem deterra leuans; obedientia cohabitatrix est angelorũ obedien
tia sanctorum omnium cibus est. Ex hac enim ablati sunt; & ad hanc
adpfectionem uenerunt. De contemptoribus mundi

qui inheremo solus recessit. quia illi

Ea que seculi amatoribus cara st̃
sancti uelut aduersa refugiunt; plusq; aduersitatib; mundi gau
dent quam prosperitatib; delectentur; Alieni sunt ad̃o: quib
hoc seculum adomne commodum prosperatur; seruis autẽ di cuncta hu
ius mundi contraria sunt; Vt dum ista aduersa sentiunt: ad celeste desi
derium ardentius excitentur; Magna apud dn̄m refulget gr̃a; qui huic
mundo contemptibilis fuerit; Nam reuera necesse est; ut quẽ mundus
odit: diligatur ad eo: Sci uiri ideo contemnere cupiunt mundum
& motum mentis ad superna reuocare: ut ibi se recolligant: unde de
fluxerunt; & inde resubtrahant: unde dispsi sunt; Qui post renunti
tionem mundi: ad supernam patriam sanctis desideriis inhiat; ab
hac terrena intentione quasi quibusdam pennis subleuatus erigit: